

The Electronic *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/CMN/index.html>)

99 quotations attributed to Quintilianus in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 2, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis Christiane religionis cognoscendis et damnandis in libris vsualibus Christianorum (fol.14va):

Quintilianus declamationum 7. declamazione: **Fato viuimus: languemus: connascimus morimur. Medicina quid prestas nisi vt iuxta te nemo desperet.**

Fato vivimus, languemus, conualescimus, morimur. Medicina, quid praestas, nisi ut iuxta te nemo desperet?

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 8.9 (L. Hakanson ed., p.160).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.16rb).

Quintilianus declamationum i. declamatione. **Vitiis nostris in animum per oculos via est.**

Vitiis enim nostris in animum per oculos via est.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 1.6 (L. Hakanson ed., p.7).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 6: De naturali errore circa se et alium (fol.20va):

Quintilianus declamationum. 4. declamatione. **Humane infirmitatis ista natura est: vt ex omnibus accidentibus grauissimum putet quisque quod patitur.**¹ 5. declamatione. **Hec omnibus natura est vt sua cuique calamitas precipue misera atque intoleranda videatur.**²

1. Est quidem, iudices, humanae infirmitatis ista natura, ut ex omnibus accidentibus grauissimum putet quisque quod patitur, et, cum aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiam sua[m] vel minora praevalent.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 5.15 (L. Hakanson ed., p.100).

2. Etiam si, iudices, in hac asperrima condicione fragilitatis humanae, in qua nemo prope mortalium impune vivit, haec omnibus natura est, ut sua cuique calamitas praecipue misera atque intoleranda videatur, inter omnes tamen hoc constet necesse est, infelicitatem meam tantum ceteras supergressam, ut prorsus haec sit, quae fleri debeat usque ad caecitatem: quid enim passus sum tam leve, ut non comparatio mei felices aliorum etiam miserias faciat?

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.1 (L. Hakanson ed., p.111).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26va):

Quintilianus declamationum. 12. declamatione. **Male heret ibi nocentia: vbi in potestate est secretum scelus.**

Male haeret ibi innocentia, ubi in potestate est secretum scelus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 13.6 (L. Hakanson ed., p.271).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 5: De iniuria seu contumelia et offensione (fol.27rb):

Quintilianus declamationum. 4. declamazione. **Contumeliam humilitas facilius intelligit: dignitas grauius.**

Ergo conseruit, ut solet, casus duratura longius a parvis initiis odia, dum contumeliam humilitas facilius intellegit, dignitas grauius.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 9.3 (L. Hakanson ed., p.177).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 11: De necessitate (fol.28vb):

Quintilianus declamationum 6. declamazione. **Omnium beneficiorum ista natura est: vt non sit necessitas sed potestas.**¹ Declamazione 13. **Exasperant necessitates.**²

1. Omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas; quicquid in honorem alicuius inventum est, desinet privilegium vocari posse, si cogas.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 7.4 (L. Hakanson ed., p.140).

2. Alioquin non est, quod abigas, quod expellas; exasperant necessitates, et in amore contentio semper accendit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 14.9 (L. Hakanson ed., p.297).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 12: De violentia et coactione (fol.29ra):

Quintilianus declamationum 5. declamazione. **Habet pietas impetum suum: nec vllum dominum nouit effectus.**¹ Declamazione 6. **Quicquid in honorem alicuius inuentum est: desinet privilegium vocari posse si cogas. Genus seruitutis est coacta libertas.**²

1. Non dicam tibi: habet pietas impetum suum, nec ullum dominum novit adfectus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.20 (L. Hakanson ed., p.131).

2. Omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas; quicquid in honorem alicuius inuentum est, desinet privilegium vocari posse, si cogas. Cuncta, si videtur, iura percurrere: nusquam adeo pro nobis sollicita lex est, ut, quod praestat, extorqueat. Dedit caeco talionis actionem: num manus recusantis inpellit? Iniuriarum, caedis agere permisit, sed non cogit invitos. Adeo paene levius est ultionem perire quam potestatem. Genus seruitutis est coacta libertas, et eadem iniquitas, quicquid de invito homine facias.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 7.4 (L. Hakanson ed., p.140).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 12: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31ra):

Quintilianus declamationum 2. declamazione. **Viro forti praesertim et innocenti nihil facere conuenit quod negandum sit.**¹ 10. declamazione. **Magis oderis mendacium cum simile vero est.**² 16. declamazione. **Nuncio vobis nihil a morientibus fugi: nihil vita laborante simplicius.**³

1. Reum ergo caedis non infitiatione defendam: viro, forti praesertim et innocenti, nihil facere conuenit, quod negandum sit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.8 (L. Hakanson ed., p.49).

2. Magis oderis mendacium, cum simile vero est.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 11.6 (L. Hakanson ed., p.225).

3. Nuntio vobis, sanctissimi viri, nihil a morientibus fingi; nihil vita laborante simplicius.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 17.5 (L. Hakanson ed., p.336).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 8: De simplicitate seu prauitate et multiplicitate animi (fol.34vb):

Quintilianus declamationum 17. et finali declamatione. **Bone et conscientie simplicitas incauta est.**

O bonae conscientiae incauta simplicitas!

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 19.14 (L. Hakanson ed., p.387).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 11: De suspitione et suspitiosis (fol.35rb):

Quintilianus declamatione 10. **Semper apud sollicitos in deterius prona persuasio est.**

Vidit hanc inter metus vestros occasionem, et, quia semper apud sollicitos in deterius prona persuasio est, abusus est hoc, quod poterat videri timere vobis cum.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 11.3 (L. Hakanson ed., p.222).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 12: De clandestinatione et patulitate (fol.35vb):

Quintilianus declamationum 12. declamazione. **Male heret ibi innocentia vbi in potestate est secretum scelus.**

Male haeret ibi innocentia, ubi in potestate est secretum scelus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 13.6 (L. Hakanson ed., p.271).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 1: De pietate (fol.36vb):

Quintilianus declamationum 5. declamazione. **Habet pietas impetum suum: nec vllum dominum nouit affectus.**

Non dicam tibi: habet pietas impetum suum, nec ullum dominum novit adfectus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.20 (L. Hakanson ed., p.131).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersione conspectu societate et solitudine (fol.39ra):

Quintilianus declamationum 15. declamacione. **A primis statiuis etatibus in eandem coire vitam habet aliquem firmitatis effectum.**

Ita est, iudices, ita est: a primis statim aetatibus in eandem coire vitam habet aliquem fraternitatis affectum.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 16.2 (L. Hakanson ed., p.321).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40rb):

Quintilianus declamationum 8. declamazione. **Non reperio quid in rebus humanis excogitauerit natura prestantius amicitia: quid concordia contra fortunam maius auxilium.**

Neque enim reperio, quid in rebus humanis excogitarit natura praestantius amicitia, quid concordia contra fortunam maius auxilium.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 9.13 (L. Hakanson ed., p.186).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De amicis leuibus verbalibus fictis et non veris (fol.41ra):

Quintilianus declamationum i. declamazione. **Cum propter pecuniam ames idem amoris et spei finis est.**¹ 15. declamazione. **Nescis an diligat: cuius non habet experimenta nisi sola felicitas.**²

1. Nam cum propter pecuniam ames, idem amoris et spei finis est.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 1.2 (L. Hakanson ed., p.3).

2. Nescias, an diligat, cuius non habet experimenta nisi sola felicitas, et, si vitae praestes omnia secunda, amicus otiosa res est.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 16.7 (L. Hakanson ed., p.326).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42va):

Quintilianus declamationum libro i. declamatione i. **Cum propter pecuniam ames: idem amoris et spes tutus est.**

Nam cum propter pecuniam ames, idem amoris et spei finis est.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 1.2 (L. Hakanson ed., p.3).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 1: De otio (fol.42vb):

Quintilianus declamationum i. declamatione. **Odium omne adurunt oculi: et hunc in pectoribus humanis furentem lumina accendunt. Nec levis animis accidit insania quotiens quem execraris aspicias.**¹ 10. declamatione. **Odia plurumque ex inanibus causis aboriuntur.**² 12. declamatione. **Non adeo desunt odiorum cause: vt iam rara simultas sit: et vt videatur aliquis nihil magis quam malos odisse.**³ 14. declamatione. **Omnia facinora nisi fallor causas vel de cupiditate: vel de simulatibus trahunt.**⁴

1. Odium omne adiuuant oculi, et hunc in pectoribus humanis furorem lumina accendunt, nec levis animis accedit insania, quotiens quem execreris, aspicias.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 1.6 (L. Hakanson ed., p.7).

2. Potest fieri, ut aliquam gratiam speraverit a civitate servata; occulta quaedam in civitate sua odia, quae plerumque ex inanibus causis oboriuntur, habuerit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 12.25 (L. Hakanson ed., p.260).

3. Non adeo desunt odiorum causae, ut iam rara simultas sit, et, ut videatur aliquis nihil magis quam [m]alios odisse, libebit aliquando longius manum porrigere et indulgere animis.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 13.6 (L. Hakanson ed., p.272).

4. Omnia, iudices, facinora, ni fallor, causas vel de cupiditate vel de simulatibus trahunt.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 15.6 (L. Hakanson ed., p.308).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De invidia zelo et nemessatione (fol.43va):

Quintilianus declamationum 12. declamazione. **Quo non penetrans improbe liuor: quidue scabrae malignitati clausum est.**

Quo non penetras, livor improbe, quidve scabrae malignitati clausum est?

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 13.4 (L. Hakanson ed., p.268).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 13: De pace et concordia (fol.46rb):

Quintilianus declamationum 8. declamazione. **Semper odiorum honestus occasus est: et dum simultates nihil aliud habent quam nocendi cupiditatem: speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore.**

Neque expectaveris hoc loco, pater, ut illa dicam: semper odiorum honestus occasus est, et, dum simultates nihil aliud habent quam nocendi cupiditatem, speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore, iunctaeque ex hostili paene concursu in affinitatem manus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 9.18 (L. Hakanson ed., p.192).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 1: De petitionibus et rogationibus beneficiorum: et exauditionibus vel de negationibus (fol.47va):

Quintilianus declamationum 6. declamazione. **Omnium beneficiorum ista natura est vt non sit necessitas sed potestas.**

Omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas; quicquid in honorem alicuius inventum est, desinet privilegium vocari posse, si cogas.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 7.4 (L. Hakanson ed., p.140).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 10: De mercede premio et retributione (fol.51va):

Quintilianus declamationum declamazione 5. **Ei labori oportet incumbere vbi promittatur effectus: stulta cura est que spem non habet.**

Eo labori oportet incumbere, ubi effectus promittitur; stulta cura est, quae spem non habet.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.19 (L. Hakanson ed., p.130).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 2: De populo (fol.53va):

Quintilianus declamationum 10. declamazione. **Non habet vlla turba prudentiam singulorum: siue quod publicos minus capimus affectus: siue negligentior est qui se non putat soluere debere rationem: et multa fiducia facimus omnium.**¹ **Nihil est crudelius morte hominum quos populus occidit.**²

1. Nihil est facilius quam in quemlibet adfectum movere populum; nulli, cum coimus, sua cogitatio, sua mens, ulla ratio praesto est, nec habet ulla turba prudentiam singulorum, sive quod minus publicos capimus affectus, sive negligentior est, qui se non putat solum debere rationem, et multi fiducia facimus omnium.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 11.7 (L. Hakanson ed., p.226).

2. Nihil est crudelius morte hominum, quos populus occidit, et solus hic exitus est, a quo non est nec cadaveribus salva reverentia.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 11.10 (L. Hakanson ed., p.229).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 8: De iudicibus et iudiciis (fol.57ra):

Quintilianus declamationum 12. declamazione. **Nos ideo magistratus legibusque amoribus nostris accepimus: ne sui quisque doloris iudex sit: et assidue scelerum cause se refellant si ultio imitabitur crimen. Si ad arma mittimur et instituitur perniciose nocendi contentio et in vicem leges ira succedat: premetur quidem innoxia infirmitas: et paucorum dominio subiecta plebs triste seruitium perferet.**

Nos ideo magistratus legesque a maioribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris iudex sit, et adsiduae scelerum causae [se] rebellant, si ultio crimen imitabitur. Damnum accepisti? Erat lex, forum, iudex, nisi si vos iure vindicari pudet. At mehercule, si ad arma mittimur, et instituitur perniciose nocendi contentio, et in vicem legis ira succedit, premetur quidem innoxia infirmitas, et paucorum dominio subiecta plebs triste seruitium perferet; est tamen et pauperibus interim dolor, et, ut facilius nobis noceri potest, ita vobis latius.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 13.11 (L. Hakanson ed., p.227).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 10: De casidicis et causidictione (fol.57vb):

Quintilianus declamationum 10. declamazione. **Multum me vel vos fallit opinio iudices: si vllam causam ita eidentem deferri in forum posse putatis: cui nulla ne mendacii quidem velamenta contingant.**

Multum mehercules vos fallit opinio, iudices, si ullam causam ita eidentem deferri posse in forum putatis, cui nulla ne mendacii quidem velamenta contingant.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 12.20 (L. Hakanson ed., p.254).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 14: De naturalibus iudiciis facti (fol.58va-vb):

Quintilianus declamationum 16. declamazione. **Accidere nocentibus solet obuia semper errantium patrociniurum verba variari.**¹ 17. et finali declamazione. **Integritatis prima simplicitas est nihil timere.**²

1. Ad subitum interventum patris non tamquam deprehensus obstipui, facinus me tacente non pallor, non est confessa trepidatio, nec, sicut accidere nocentibus solet, illa obuia semper errantium patrociniurum verba variavi, cum me repente interrogatione subita avocavit, abduxit, quaesivit, quid tererem, cui pararem.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 17.5 (L. Hakanson ed., p.336).

2. Iuvenem, quae integritatis prima simplicitas est, nihil timentem in partem domus, qua nulla proclamatio, nullus poterat gemitus audiri, rapuit, abduxit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 18.4 (L. Hakanson ed., p.357).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 15: De vulgari seu famosa asseueratione (fol.58vb):

Quintilianus declamationum 17. declamatione et finali. **Rumor est res sine teste sine iudice res ex incertis: improbissima: maligna: fallax.**

Rumor res sine teste, sine indice, res ex incertis improbissima, maligna, fallax et similis silentio tuo.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 18.6 (L. Hakanson ed., p.359).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 17: De iudiciali mundicia (fol.59va):

Quintilianus declamationum 13. declamazione. **Facinus est o iudices euadere nocentes.**

Facinus est, iudices, evadere nocentes, quia iam facinus vita deplorat.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 14.5 (L. Hakanson ed., p.293).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 7: De principii qualitate: et principio considerandis (s.n.):

Quintilianus declamationum 17. et finali declamatione. **Male desinunt qui incipere non debent.**

Hic est parricidii pudor, sic desinunt, quae incipere non debent.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 18.14 (L. Hakanson ed., p.368).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68va):

Quintilianus declamationum 2. declamazione. **In exemplum vicia facillime proficiunt.**¹ **Quo ad altiore[m] quisque hominum gradum extenditur: magis in exemplum spectantibus patet.**² **Hec est conditio superiorum: vt quicquid faciunt precipere videantur. Perniciosissimus est maximus quisque auctor.**³

1. Haeret aeterna labes, et in exemplum, in quod facillime vitia proficiunt, nova culpa pernotuit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.1 (L. Hakanson ed., p.43).

2. In tanto belli discursu ne concessae quidem veneri dare[m] veniam, nam quo ad altiore[m] quisque honorum gradum escendit, magis in exemplum spectantibus patet.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.13 (L. Hakanson ed., p.54).

3. Haec enim conditio superiorum est, ut, quicquid faciunt, praecipere videantur, et perniciosissimus est malae rei maximus quisque auctor.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.15 (L. Hakanson ed., p.55).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 1: De vtilitate seu proficuo (fol.71rb):

Quintilianus declamationum 9. declamacione. **Labori oportet incumbere vbi promittitur. Stulta cura est que spem non habet.**

Eo labori oportet incumbere, ubi effectus promittitur; stulta cura est, quae spem non habet.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.19 (L. Hakanson ed., p.130).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.72vb):

Quintilianus declamationum 5. declamazione. **Stulta cura est que spem non habet.**

Eo labori oportet incumbere, ubi effectus promittitur; stulta cura est, quae spem non habet.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.19 (L. Hakanson ed., p.130).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.73vb):

Quintilianus declamationum 2. declamatione. **Vacat viciis nostris et ad omne votum fluente fortuna lasciuit ocium.**¹ 5. declamatione. **Et labori oportet incumbere vbi effectus promittitur. Stulta cura est que spem non habet.**²

1. Vacat enim vitiis nostris et ad omne votum fluente fortuna lascivit otium, aut in eo saltem statu res publica est, ut ad restituendam eam satius sit milites inpudicos non esse?

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.12 (L. Hakanson ed., p.53).

2. Eo labori oportet incumbere, ubi effectus promittitur; stulta cura est, quae spem non habet.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.19 (L. Hakanson ed., p.130).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.74vb):

Quintilianus declamationum libro 17. et finali declamatione. **Ex omnibus quibus humana pectora senis grauioribusque complectuntur affectibus: nullam difficiliorem quam silentii credo virtutem. Promptissimo sermone delinquimus facile.**

Ex omnibus, iudices, quibus humana pectora seriis gravibusque complentur adfectibus, nullam difficiliorem quam silentii credo virtutem, adeoque promptissimo sermone facile delinquimus,
ut constantiam tacendi neque in aliis ferre possimus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 19.7 (L. Hakanson ed., p.378).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 8: De tacendis et celandis propriis et alienis criminibus (fol.77ra):

Quintilianus declamationum 17. et finali declamatione. **Obserua sermones: secreta custodi.**

Ferrem tamen adhuc suspiciones tuas, nefandissime senex, si dissimulanter indicia tanti sceleris agitasses: obserua sermones, secreta custodi, omnium dierum noctiumque momentis sagax scrutator insiste.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 18.11 (L. Hakanson ed., p.364).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 23: De electis conclusionibus rethorice orationis (fol.85ra):

Quintilianus declamationum 2. declamatione. **Perorta imperator vt mediocritas ingenii mei causa scio commendationis partes esse reliquas. Sed has superuacuas facit sanctitas tua et cetera.**¹ **vnum rogat vt si quid de causa illius dubitas: des dilationem vsque ad proximum prelium: pone in prima accie pone ante signa: fortiter dixerim non inter tyrones: vbi vsus periculi: quo maximus ostium globus ingruet specta pugnantem: affirmo tunc minus ignoscere tribuno** scilicet occiso a milite quem tribunus voluit stuprare: **liceat ire in accie: congredi cum hostibus. Si perire debet: rogat te imperator miles tuus opera mortis sue vtaris.**² 12. declamatione. **Intelligo neque prudentiam vestram desiderare plura de causa: neque vestram fidem ac religionem egere exhortatione vere iudicandi.**³

1. Perorata, imperator, ut mediocritas ingenii mei tulit, causa scio commendationis partis esse reliquas, sed has supervacuas facit sanctitas tua: quid enim verear, ne noceat reo humilitas apud te, cui vel gratior potest esse nuda virtus, apud quem maximum est ex se coepisse.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.19 (L. Hakanson ed., p.59).

2. Unum rogat, ut, si quid de causa illius dubitas, des dilationem usque ad proximum proelium. Pone in prima acie, pone ante signa, fortiter dixerim, non inter tirones, ubi plus periculi, quo maximus hostium globus ingruet; specta pugnantem. Adfirmo: tunc minus ignosces tribuno. Liceat ire in aciem, congredi cum hostibus. Si perire debet, rogat te, imperator, miles tuus, opera mortis suae utaris.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.19 (L. Hakanson ed., p.60).

3. Intellego neque prudentiam vestram desiderare plura de causa neque vestram fidem ac religionem egere exhortatione vere iudicandi.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 13.15 (L. Hakanson ed., p.282).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 9: De serotinis et tempestiuis (fol.88va):

Quintilianus declamationum 6. declamazione. **Pleraque sera pro nullis sunt.**

Duplum attulisti, sed illis, qui perierunt, nihil, sed non possumus iam non fecisse quod fecimus, sed plerumque sera pro nullis sunt, et temporum ista momentis aut pretiosa fiunt aut vilia.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 12.24 (L. Hakanson ed., p.258).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 13: De modo diuitiarum capiendarum et habendarum (fol.94rb):

Quintilianus declamationum 14. declamazione. **Omnia facinora nisi fallor causas vel de cupiditate vel de simulatibus trahunt.**

Omnia, iudices, facinora, ni fallor, causas vel de cupiditate vel de simulatibus trahunt.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 15.6 (L. Hakanson ed., p.308).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 4: De arrogantia iactantia insolentia et vanagloria (fol.98ra-rb):

Quintilianus declamationum 8. declamazione. **Insolentiam immeritam quoque potentiam carpit.**¹ 17. et finali declamazione. **Pars voluptatis videtur esse iactatio.**²

1. Si mehercules inexpiabiles odiorum causae et compositis quoque fabulis ultiores inimicitiae fuissent, ausim dicere, si propter illum liberos perdidisses, accipienda tamen erat a fortuna tali[s] satisfactio, certe ad vitandam insolentiae opinionem, quae fere immeritam quoque potentiam carpit, ne vagaretur per urbem invidiosus mendicus et calamitatis auctori crimin<os>us causas vulgo suggereret odiorum.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 9.18 (L. Hakanson ed., p.193).

2. Pars voluptatis videtur esse iactatio.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 18.7 (L. Hakanson ed., p.360).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 9: De libertate et seruitute dominis et seruis (fol.99vb):

Quintilianus declamationum 10. declamazione. **Genus seruitutis est coacta libertas.**

Genus seruitutis est coacta libertas, et eadem iniquitas, quicquid de invito homine facias.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 7.4 (L. Hakanson ed., p.140).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.102v):

Quintilianus declamationum 5. declamazione. **Ingenitus est amor.**

Fefellit te ingenitus honestis animis gloriae amor, spes tibi perpetuae laudis inposuit: ubi virtus, ubi pietas?

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.22 (L. Hakanson ed., p.134).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 5: De gaudio petulantia et letitia (fol.105va):

Quintilianus declamationum 5. declamazione. **Non debet dolere quippiam qui potest gloriari.¹ Tunc dolor et cure rugaque frontis abit. Simplicitas artes excutiente deo.²**

1. Non debet dolere quispiam, qui potest gloriari.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.17 (L. Hakanson ed., p.128).

2. Tunc veniunt risus, tum pauper cornua sumit, / Tum dolor et curae rugaque frontis abit; / Tunc aperit mentes aevo rarissima nostro / Simplicitas, artes excutiente deo.

Ovidius, *Ars amatoria*, 1.293-296 (R. Ehwald ed., p.189).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 1: De concupiscentia volutatum (fol.107ra):

Quintilianus declamationum 13. declamazione. **Non fouet non nutrit ardorem concupiscendi vbi frui licet.**

Non fouet, non nutrit ardorem concupiscendi, ubi frui licet, et quaecumque in mentibus circa permissa coalescunt, non sunt desiderii sed voluptatis.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 14.8 (L. Hakanson ed., p.296).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 12: De voluptate seu libidine (fol.107va):

Quintilianus declamationum 2. declamazione. **Nos in bello quoque vicia pacis sequuntur: et delicati sumus etiam miseri.**

Nec tamen tantum vi sua quantum luxuria socordia que nostrorum ducum elata, dum nos in bello quoque vicia pacis secuntur et delicati sumus etiam miseri, vastitatem agris, solitudinem iuventuti, periculum imperio ac prope exitium adtulit, apparuit que numquam populo Romano ad propulsandam perniciem magis viris opus fuisse

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.4 (L. Hakanson ed., p.45).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 13: De continentia et incontinenetia cupiditatum et voluptatum (fol.108ra):

Quintilianus declamationum 14. declamazione. **Non sine aliquo morsu resilitur a malis que voluptates tenuerunt.**

Vix mehercule contingere potest, ut hilares ab hac inpatientia laeti que discedant, quos pudor, quos satietas, quos paenitentiae ratio dimittit, nec sine aliquo morsu resilitur a malis, quae voluptate tenuerunt.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 15.12 (L. Hakanson ed., p.315).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 14: De oculorum continentia et incontinentia (fol.108rb):

Quintilianus declamationum i. declamazione. **Oculi sunt tota nostra luxuria hii nos quottidie in omnia precipitant vicia: mirantur: adamant concupiscunt.**

Oculi sunt, oculi, per quos paupertatem ferre non possumus, oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia cotidie vitia praecipitant: mirantur, adamant, concupiscunt.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 2.10 (L. Hakanson ed., p.29).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 15: De fame siti seu ieiunio morali consideratione (fol.108ra):

Quintilianus declamationum 10. declamazione. **Non habitant vna pudor et fames.¹ Fames aspera vitalia haurit: precordia carpit: animi tormentum: corporis tabes: magistra peccandi: durissima necessitatum: deformissima malorum: hec ad humile opus nobiles manus mittit: hec alienis pedibus mendicantes prosternit: hec sepe sociorum fidem fregit. Hec venena populis: publice dedit: hec in paricidium pios egit.²**

1. Non habitant una pudor et fames, et cum semel intrarit inpotens domina, feras etiam et ingentes beluas subigit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 12.8 (L. Hakanson ed., p.239).

2. Fames aspera vitalia haurit, praecordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, magistra peccandi, durissima necessitatum, deformissima malorum. Haec ad humile opus nobiles manus mittit, haec alienis pedibus mendicantes prosternit, haec saepe sociorum fidem fregit, haec venena populis publice dedit, haec in parricidium pios egit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 12.15 (L. Hakanson ed., p.247).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 1: De venerei amoris laude (fol.109vb):

Quintilianus declamationum 13. declamazione. **Amor est vnde gaudium vnde venit vite tota letitia.**

Recessisse nunc me tantum putatis ab amore meretricis? Ablatus est mihi ille hominis
melior adfectus, perdi miser quicquid est, unde gaudium, unde venit vitae tota laetitia.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 14.10 (L. Hakanson ed., pp.298-9).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 2: De eligibilibus personis amandis amore venereo (fol.111ra):

Quintilianus declamationum 14. declamazione. **Diuitiis opus est: ne simus in amore miseri et inpotentissimi.**

Diuitiis opus est, ne simus in amore miseri, et inpotentissimi mali difficultates illi fortasse non sentiant, quos contra fastidia ceteros que contemptus explicat felicitas magna perdendi.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 15.8 (L. Hakanson ed., p.310).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 3: De modis alliciendi alterius voluntatem ad se amandum amore: venereo: et de his que parant hominem libidini veneree (fol.111va):

Quintilianus declamationum i. declamazione. **Oculi sunt tota nostra luxuria. Hi nos quotidie in omnia precipitant vicia: miratur: adamant: concupiscunt.**

Oculi sunt, oculi, per quos paupertatem ferre non possumus, oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia cotidie vitia praecipitant: mirantur, adamant, concupiscunt.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 2.10 (L. Hakanson ed., p.29).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 5: De natura venerei amoris (fol.112ra):

Quintilianus declamationum 13. declamazione. **Habet aliquod solatium quisquis in amore miser est.**¹
In amore contempto semper accendit.² 14. declamazione. **Amat que queritur quod non amatur.**³

1. Habet aliquod solacium, quisquis in amore miser est, levior calamitas, cui blanditur aliquid de voluptate laetitia.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 14.4 (L. Hakanson ed., p.292).

2. Alioquin non est, quod abigas, quod expellas; exasperant necessitates, et in amore contentio semper accendit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 14.9 (L. Hakanson ed., p.297).

3. Deprehensa est, puto, novissime potionis supervacua persuasio: amat, iudices, amat, qui queritur, quod non ametur.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 15.1 (L. Hakanson ed., p.302).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 6: De concupiscentia veneree voluptatis (fol.112vb):

Quintilianus declamationum 13. declamazione. **Non fouet non nutrit ardorem concupiscendi: vbi frui licet.**

Non fouet, non nutrit ardorem concupiscendi, ubi frui licet, et quaecumque in mentibus circa permissa coalescunt, non sunt desiderii sed voluptatis.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 14.8 (L. Hakanson ed., p.296).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 8: De meretrico amore (fol.113ra-rb):

Quintilianus declamationum 13. declamazione. **Inventas credo meretrices vt esset aliquid quod liceret amare pauperibus.**

Inventas credo meretrices, ut esset aliquid, quod liceret amare pauperibus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 14.8 (L. Hakanson ed., p.296).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.113va):

Quintilianus declamationum 14. declamazione. **Ex omnibus que nobis patientibus extorquet affectus hoc seivissimum patimur quod nemo vult in amore sanari.**

Ex omnibus tamen, quae nobis patientibus extorquet affectus, hoc saevissimum patimur, quod nemo vult in amore sanari.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 15.11 (L. Hakanson ed., p.314).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 2: De viciis mulierum et reprobatione earum (fol.114va):

Quintilianus declamationum i. declamazione. **Sunt et feminis ad scelere vires cum habent causas virorum. Quinimmo si interrogas: facilius hec pectora metus: odium ira corrumpunt. Et quoniam non habent roboris tantum vnde vicia mentium vincant plerumque facinus infirmitate fecerunt.**

Sunt et feminis ad scelera vires, cum habent causas virorum. Quin immo, si interrogas, facilius haec pectora metus, odium, ira corrumpunt, et, quoniam non habent roboris tantum, unde vitia mentium vincant, plerumque facinus infirmitate fecerunt.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 2.8 (L. Hakanson ed., p.27).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 8: De castitate pudicitia atque impudicitia (fol.115vb):

Quintilianus declamationum 2. declamazione. **Ego si qua est mihi fides pudicitiam in milite etiam laudare erubesco: feminarum est ista virtus. Aliter mihi laudandus est vir fortis idoneus bello: promptus ad pericula prestantis animi.**

At ego, si qua est fides, pudicitiam in milite etiam laudare erubesco: feminarum est ista virtus; aliter mihi laudandus est vir fortis: idoneus bello, promptus ad pericula, praestantis animi, libere dicam: dignior, qui tribunus esset

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.3 (L. Hakanson ed., p.45).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 9: De custodia et indagazione suspecte impudicitie mulieri (fol.116ra):

Quintilianus declamationum 14. declamazione. **Amat que queritur quod non amatur.**

Deprehensa est, puto, novissime potionis supervacua persuasio: amat, iudices, amat, qui queritur, quod non ametur.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 15.1 (L. Hakanson ed., p.302).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 10: De modestia uxorum et dissuasione uxorationis (fol.116rb):

Quintilianus declamationum i. declamazione. **Facinus est: quod bonos priuignos nouerce facilius decipiunt: nec leuius oderunt.**¹ **Notum hoc ac vulgare facinus est quod plurumque contra liberos amantur vxores et sequentium matrimoniorum non aliunde quam de damno pietatis effectus est. Genus infirmissime seruitutis est senex maritus et vxore charitatis ardorem flagrantius frigidis concipimus affectibus.**²

1. Facinus est, iudices, quod bonos priuignos novercae facilius decipiunt nec leuius oderunt.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 2.3 (L. Hakanson ed., p.23).

2. Notum hoc, iudices, ac vulgare facinus est, quod plerumque contra liberos amantur uxores, et sequentium matrimoniorum non aliunde quam de damno pietatis affectus est. Genus infirmissimae seruitutis est senex maritus, et uxoriae caritatis ardorem flagrantius frigidis concipimus adfectibus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 2.14 (L. Hakanson ed., p.32).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.118ra):

Quintilianus declamationum 10. declamazione. **Leuat omnes cruciatus omnem dolorem preparata mentem composuisse patientia. Nulla pena est nisi invito. non habemus vllum nisi ab impatientia dolorem.**¹ 11. declamazione. **Leuior est dolor qui disponit.**²

1. Levat omnes cruciatus, omnem dolorem praeparata mentem composuisse patientia. Fallitur quisquis humana tormenta sola nominum atrocitate metitur; nulla poena est nisi invito. Non habemus ullum nisi ab impatientia dolorem, et, ut aliquid crudele, saevum sit, metus faciunt.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 11.8 (L. Hakanson ed., p.227).

2. Quamvis, iudices, innumerabiles me indignandi causae initio statim actionis strangulent, quia nec dicere universas semel possum nec gregatim erumpentes differre gemitus (levior est enim dolor, qui disponitur), primum tamen ille sibi adserit locum, qui est ex hoc iudicii tempore et tam lentae vindictae dilatione ortus animi mei prope dixerim furor, quod hominem tam sceleratum, ut nos quoque fecerit nocentes, legibus accersimus, quod defendi patimur, quod, ut puniatur, precamur, quod damnatus quoque vel morte defungetur, quam nos in illa funestissima fame, dum sepeliri licuit, optavimus, vel exilio, quod hic quantopere contemnat, apparet, qui tam lente in patriam revertitur.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 12.1 (L. Hakanson ed., p.231).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.119va):

Quintilianus declamationum 7. declamazione. **Nihil magis interesse hominum puto quam vt spes pro homine tam longa quam vita sit.**

Nihil magis interesse omnium puto, quam ut spes pro homine tam longa quam vita sit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 8.10 (L. Hakanson ed., p.161).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 8: De vindicta et clementia seu remissione proprie iniurie (fol.122va-vb):

Quintilianus declamationum 8. declamazione. **Hec est celebranda virtus huius animi suscipienda moderatio: vincere iram: et inter similtates quoque meminisse hominis. Semper odiorum honestus casus est: et dum similtates nihil aliud habent quam nocendi cupiditatem speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore.**

Haec est celebranda virtus, haec animi suscipienda moderatio, vincere iram et inter similtates quoque meminisse hominis. Ut Fabio Maximo immortalē attulit laudem ereptus ex hostium manibus Minucius, ut Tiberium Gracchum admirata civitas est Scipione in carcerem duci prohibito, te quoque similis animi magnitudo memoriae dabit. Tuis enim opibus vivit inimicus; quicquid est istud, quod senex inops ex nostra domo accipit, si non irasceris, tu praestitisti, tibi hoc pulchrum atque magnificum est. Nam ego, si quid in patrem servatoris mei confero, non sum laudandus. Neque expectaveris hoc loco, pater, ut illa dicam: semper odiorum honestus casus est, et, dum similtates nihil aliud habent quam nocendi cupiditatem, speciosa in melius animi mutatio est cum exempli honore, iunctae que ex hostili paene concursu in affinitatem manus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 9.18 (L. Hakanson ed., p.192).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 7: De peritia atque imperitia bellice parationis (fol.126va):

Quintilianus declamationum 2. declamazione. **Principes nos facit seueritas institutorum: ordo militiae: amor quidam laboris: et quottidiana exercitatione assidua belli meditatio. Itaque plura pene moribus quam viribus vicimus.**

Non enim nobis aut multitudo maior est quam ceteris gentibus aut vehementiora corpora quam vel his ecce Cimbris aut maiores opes quam locupletissimis regnis aut mortis contemptus facilius quam plerisque barbaris causam vitae non habentibus; principes nos facit seueritas institutorum, ordo militiae, amor quidam laboris et cotidiana exercitatione assidua belli meditatio. Itaque plura paene moribus quam viribus vicimus, cum captivae quoque sancte habebantur, et contumelia etiam hosti aberat.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 3.14 (L. Hakanson ed., p.55).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 4: De naturali mutabilitate status cuiuscunque (fol.139rb):

Quintilianus declamationum 8. declamazione. **Sepe in vnum summa decidunt.**

Multa saepe et locupletibus accidunt, saepe in imum summa decidunt.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 9.17 (L. Hakanson ed., p.191).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140rb):

Quintilianus declamationum 4. declamazione. **Humane infirmitatis ista natura est vt ex omnibus accidentibus grauissimum putet quisque quod patitur.**¹ 5. declamazione. **Hec omnibus natura est vt sua cuiusque calamitas precipue misera atque intoleranda videatur.**²

1. Est quidem, iudices, humanae infirmitatis ista natura, ut ex omnibus accidentibus grauissimum putet quisque quod patitur, et, cum aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiam sua[m] vel minora praevalent.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 5.15 (L. Hakanson ed., p.100).

2. Etiam si, iudices, in hac asperrima condicione fragilitatis humanae, in qua nemo prope mortalium impune vivit, haec omnibus natura est, ut sua cuique calamitas praecipue misera atque intoleranda videatur, inter omnes tamen hoc constet necesse est, infelicitatem meam tantum ceteras supergressam, ut prorsus haec sit, quae flerī debeat usque ad caecitatem: quid enim passus sum tam leve, ut non comparatio mei felices aliorum etiam miserias faciat?

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.1 (L. Hakanson ed., p.111).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 7: De fletu et lamentatione (fol.141rb):

Quintilianus declamationum 3. declamazione. **Inter luctus et desperationes feda viuacitate duramus.**¹ 9. declamazione. **Unusquisque luctibus ac lachrymis suis credit accedere quandam dignitatem si miserrimus esse videatur.**²

1. Inde est, quod inter luctus et desperationes foeda viuacitate duramus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 4.8 (L. Hakanson ed., p.69).

2. Quamvis, iudices, inter eos, qui liberorum mortibus destituti cuncta vota et praeparatas spes in senectutem ante se egerunt, id fere acerbissimum certamen conflictationis oriatur, ut unusquisque luctibus ac lacrimis suis credat accedere quandam dignitatem, si miserrimus esse videatur, haec tamen femina neque noto neque publico genere miserabilis non impudenter inter ceteras matres, quae aut unicos aut iuvenes pios filios perdiderunt, eminere et occupare quendam maerentium principatum differentia novae calamitatis affectat, quae sola omnium supra fidem infelix in uno filio iam alteram patitur orbitatem.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 10.1 (L. Hakanson ed., p.199).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 8: De miseria et miseris (fol.141va):

Quintilianus declamationum i. declamazione. **Semper sibi custodiunt miseri: ne esse miserabiles desinant.**¹ 13. declamazione. **Leuior est calamitas cui blanditur aliquid de voluptate letitia.**²

1. Semper sibi custodiunt miseri, ne esse miserabiles desinant, et quisquis amisit oculos, laborat, ne merito perdiderit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 1.6 (L. Hakanson ed., p.7).

2. Habet aliquod solacium, quisquis in amore miser est, leuior calamitas, cui blanditur aliquid de voluptate laetitia.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 14.4 (L. Hakanson ed., p.292).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 11: De diuina consolatione miserabilium personarum (fol.142va):

Quintilianus declamationum 8. declamazione. **Est quidem felicibus difficilis miseriarum vera existimatio.**¹ **Superbius existimat miserias longa felicitas: et alienum casum facile despicit.**²

1. Est quidem felicibus difficilis miseriarum vera aestimatio, figurare tamen potestis, qui tunc animus mihi, quae cogitatio fuerit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 9.6 (L. Hakanson ed., p.180).

2. Sed sane superbius aestimet miserias longa felicitas et alienum casum facile despiciat securus sui; ego quotiens auxilia calamitatis petere aliquem video, non possum non moveri fortuna mea.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 9.17 (L. Hakanson ed., p.191).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 1: De laboriositate et vanitate vite (fol.143rb):

Quintilianus declamationum 5. declamazione. **In hac asperrima conditione fragilitatis humane nemo pene mortalium impune viuit.**

Etiam si, iudices, in hac asperrima conditione fragilitatis humanae, in qua nemo prope mortalium impune vivit, haec omnibus natura est, ut sua cuique calamitas praecipue misera atque intoleranda videatur, inter omnes tamen hoc constet necesse est, infelicitatem meam tantum ceteras supergressam, ut prorsus haec sit, quae fieri debeat usque ad caecitatem: quid enim passus sum tam leve, ut non comparatio mei felices aliorum etiam miserias faciat?

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.1 (L. Hakanson ed., p.111).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 3: De mortis naturalitate (fol.143vb):

Quintilianus declamationum libro i. declamatione 3. **Omnis nos hora per tacitos fallentesque cursus applicat fato: et in turpissimo perpetuitatis cogitatione destructi per exigua festinantis eui momenta premorimur.**

Omnis nos hora per tacitos fallentesque cursus adplicat fato, et in hac turpissima perpetuitatis cogitatione districti per exigua festinantis aevi momenta praemorimur.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 4.10 (L. Hakanson ed., p.71).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 5: De meditatione mortis et vite (fol.144va):

Quintilianus declamationum 3. declamazione. **In turpissima perpetuitatis cogitatione dstricti per exigua festinantis eui momenta premorimur.**

Omnis nos hora per tacitos fallentesque cursus adplicat fato, et in hac turpissima perpetuitatis cogitatione dstricti per exigua festinantis aevi momenta praemorimur.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 4.10 (L. Hakanson ed., p.71).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 7: De mortis horribilitate (fol.144va):

Quintilianus declamationum 5. declamazione. **O quam graue est mori.**

O quam grave est mori!

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.23 (L. Hakanson ed., p.134).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 7: Quod mors non sit metuenda (fol.144vb):

Quintilianus declamationum 3. declamazione. **Quisquis honestis operatus artibus sciat quis finis que vera felicitas: nunquam sibi videbitur prematura morte periturus. Lucis causas ad animum mentemque referentium neminem quotidie vita non satiat. Illa existimemus propter que fatigamus votis deos propter que breuem querimus etatem. Nempe sunt vanitas: cupido: luxuria: libido. Non pudet propter hec ferre debilitates luctus spacia morborum: et cum liceat euadere male pati. Finge tibi velut ipsam proclamare naturam. Receptus es in hoc pulcherrimum mundi rerumque consortium: et per succedentium vices in ordinem mortalitatis natus. bona nostra vidisti: admite posteros: cede venientibus. Nescis te quanto diutius vixeris: tanto magis impatientiam parare: quantumlibet prorogentur tempora iungantur etates. Non potest non exitu perire miseri qui moritur inuitus. Omnis nos hora per tacitos fallentesque cursus applicat fato: et in hac turpissima perpetuitatis cogitatione dstricti: per exigua festinantis eui momenta premorimur. Faciamus potius de fine remedium et de necessitate solatium. Exeamus sponte: consilio pleni: securitatis gratias agentes. Solus vixit quo aduoluit qui mori via vult. Infirmum prorsus tenereque mentis est vt numeretis annos.**

At qui honestis operatus artibus sciat, quis finis bonorum, quae vera felicitas, numquam sibi videbitur praematura morte periturus, et lucis causas ad animum mentemque referentium neminem cotidie vita non satiat. Relaturum nunc me putatis, quanto plura sint in hac aevi breuitate fugienda, comparaturum gaudiis, prosperis metus, calamitates? Illa, illa aestimemus, propter quae fatigamus votis deos, propter quae breuem querimus aetatem. Nempe sunt vanitas, cupido, luxuria, libido. Non pudet propter haec ferre debilitates, luctus, spatia morborum, et, cum liceat euadere, malle pati? Finge tibi velut ipsam proclamare naturam: "receptus es in hoc pulcherrimum mundi rerumque consortium et per succedentium vices in ordinem mortalitatis natus bona nostra vidisti; admite posteros, cede venientibus". Nescis te, quanto diutius vixeris, tanto magis impatientem perire? Quantumlibet prorogentur tempora, iungantur aetates, quandoque tamen non potest non exitu perire miseri, qui moritur inuitus. Miraris, quod suprema mea ipse praecipitem? Numquid enim non hoc agunt singuli dies? Omnis nos hora per tacitos fallentesque cursus adplicat fato, et in hac turpissima perpetuitatis cogitatione districti per exigua festinantis aevi momenta praemorimur. Faciamus potius de fine remedium, de necessitate solacium; exeamus sponte, consilio, pleni securitatis, gratias agentes. Solus vixit, quoad voluit, qui mori mavult. Indulgete, quaeso, saevae tristesque causae, indulgete, virtutes, ut mori tamquam magno animo velim. Ita non sufficit ad maturandos exitus quod fortiter feci? Infirmum prorsus terrenaemque mentis est, ut numeretis annos; ego, quae felicissima vel lassitudo vel satietas est, virtute consenui.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 4.9-11 (L. Hakanson ed., pp.71-2).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 8: De turpi et mala vita spernenda et mortis acceptabilitate (fol.145rb):

Quintilianus declamationum declamazione 3. **Inter luctus et desperationes feda viuacitate duramus.**

Inde est, quod inter luctus et desperationes foeda vivacitate duramus.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 4.8 (L. Hakanson ed., p.69).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 11: De sepultura (fol.145vb):

Quintilianus declamationum 5. declamazione. **Ad operiendum feditatem subtrahendamque dolori materiam mortui viuentium causa sepeliuntur.**

Sive omnis in defunctis sensus perit, et ad operiendam foeditatem subtrahendamque dolori materiam mortui viuentium causa sepeliuntur, seu, cum ad infernas sedes anima migravit, unus hic luce viduis honos, et suprema face, ut vates ferunt, petitam ulterioris ripae stationem contingunt, quae vera esse et credo miser et opto cito iturus ad filium, certe rerum natura ut in generandis alendisque hominibus quae necessaria erant, ex se ipsa prospexit, ita, cum rursus opus suum resolvit, corpora nostra quam primum reducere ad principia festinat; ut desertis etiam locis circa cadaver tracta imbribus terra concrevit, adgerunt pulverem venti, et liquefacta multa die membra paulatim humus bibit, etiamsi nullus operit.

Pseudo-Quintilianus, *Declamationes XIX maiores*, 6.11 (L. Hakanson ed., p.121).